

*super his que dicebantur de illo &c. cap. 2.* Quadripartita est hec lectio Primo. Inducuntur Ioseph & Beata Virgo mirantes super his quæ dicebantur de Iesu. Secundo. Simeon eis benedicens inducitur, & de puero prophetizans. *Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum, &c.* Tertio. Anna prophetissa, Christo ferens testimonium; quæ ab Euangelista commendatur à sanctâ progenie, coniugali sanctimoniâ, & viduali castimoniâ, obsequio diuino. Quarto Eorum regressus & pueri profectus subiungitur; regressus post oblationes, & orationes; profectus, secundum carnem non aliter. *a fol. 53 pag. 1. ad fol. 56. pag. 1.*

**S. THOMÆ AQUINATIS** sermo primus in illud Apostoli ad Galat. 4. *Ut eos qui sub lege erant, redimeret.* I. docet Christum nos redemisse ab iniquitate, à diabolo, à morte, à legis seruitute. II. nos redemisse sine meritis nostris magnis suis impensis, ex sola abundantia charitatis. III. pro redemptione Dominum à nobis requirere vt à peccatis ad eum reuertamur, vt eum diligamus, vt ipsi soli seruiamus, vt tantum beneficium ubique prædicemus, vt ipsi gratias agamus, *Tom. 16. serm. Domini. fol. 3. col. 4.*

Eiusdem, sermo secundus in illud Euangelij. *Tuam ipsius animam pertransibis gladius, imprimis de dolore B. Virginis ob Christi passionem disserit, dicit que ipsi fuisse maximum.* I. ratione bonitatis filij. II. ratione inhumanitatis & immanitatis crucifigentium. III. ratione vilitatis pœnarum. IV. ratione crudelitatis tormentorum; deinde de cruce gladio assimilatur; denique de reuelatione peccatorum facienda loquitur. *Ibidem & fol. 4. col. 1.*

**FESTVM CIRCVMCISIONIS**  
Domini.

**A**LCVINVS *lib. de officijs diuinis tractat. I. de circumcissione. II. de Octaua & octauo die. III. de Calen-*

**A**dis Ianuarij, & de vitijs ac superstitionibus antiquorum quæ hac die seruabant & obseruabant, in *Austar. o Bibliobeca Patrum Tom. 1. col. 227. 228. 229.*

**B. ALBERTI MAGNI** sermo in illud: *Postquam consummati sunt dies octo vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus Luc. 1.* Et docet I. Per circumcissionem pueri notari duplicem circumcissionem; à vitijs, & ab omnibus miserijs à quibus liberabimur. II. A vitijs, est signum fœderis & pacis inter nos & Deum: 1. est funic quinque ad hoc circumcidenda, cor, oculus, auris, lingua, & manus. De quibus sigillatim disserit. *Tom. 12. serm. 7. de temp. a pag. 17. col. 2. ad 19. col. 1.*

Eiusdem sermo 2. Docet debere octo dies in nobis compleri, vt nobis nomen Iesu imponatur. 1. est dominicus, dies pacis; vt per pœnitentiam Deo reconciliemur. Et duo notat vitia quæ Deum impugnant; decimarum substractio: 2. rapinam bonorum pauperum: 3. est luna, per defectum nostrorum considerationem: præsertim breuitatis vitæ; fragilitatis corporis: instabilitatis rerum temporalium: fidelium amicorum paucitatis. 4. est mercurij, seu mercatoris, pro bonis æternæ vitæ negotiando, & decem mnas exponendo. 5. Iouis seu tonitruj: iudicij diem semper in mente habentes. 6. veneris seu Deæ amoris; conquærentes amicitias sanctorum contra terrores iudicij. Et hoc per pœnitentiam, & cordis mundiciam & eleemosinam. 7. Sabbati, quæ est requies sanctorum, in quam transibit anima eiusmodi. 8. dominicus est, & dies resurrectionis: qui est dies solis; quia tunc electi fulgebunt sicut sol. *Ibidem serm. 8. de temp. a pag. 19. col. 1. ad 21. col. 1.*

Eiusdem sermo 3. in quo considerat excellentiam huius nominis, Iesus; cuius sex proprietates exprimit. I. Iustissimus; & talem Iesum esse dicit, in man-